

## Band VIII., Nr. 3111, Seite 323-324

*Hedwig die Witwe Albert Eichmanns von Marbach schenkt dem Kloster  
Steinheim Güter und Einkünfte in Erdmannhausen.*

Ohne Ortsangabe, 1282. Ohne Tagesangabe.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Ego Hadewigis relicta Alberti quondam Eichman in Marpach omnibus presentem paginam inspecturis fieri cupio manifestum publice presentibus protestando, quod ego sana et incolomis accedente consensu heredum meorum, scilicet Morhardi et Erlwini fratrum meorum carnalium, bona mea sita in Ergmarhusen, videlicet quadraginta et sex iugera agrorum, tres pullos et mensuram olei, que imin dicitur, sororibus in Steinhain ordinis fratrum Predicatorum in remedium anime mee et parentum meorum donatione inter vivos tradidi et assignavi libere iure domini habenda et possidenda, tali interposita condicione, quod dicte sorores tribus sororibus meis carnalibus de proventibus illorum bonorum singulis annis dare tenentur XV maltera, videlicet sex maltera siliginis, V spelte, IIII avene et quartale quod vulgariter sumeri dicitur pisarum et dimidiam libram cere, que solvetur parrochie in Marpach de uno iugere, quod eadem duxerit acceptandum, nisi grandine vel alluvione vel sterilitate vel dominorum preliis devastentur, quia tunc ad predictam pensionem illo anno non tenebuntur. Si autem propter predictum conventum iidem proventus auferentur, nichilominus tenebuntur sororibus meis antedictis ad pensionem memoratam. Decedente autem una reliquis duabus dabunt predicta, similiter una remanente facient idem, omnibus vero mortuis a predicta pensione erunt penitus absolute. Si vero ex ipsis agris tanti proventus non erunt, a tanto quantum deerit erunt iterum absolute, quod si plures quicquid supererit in usum sepedictarum dominarum cedere debet.

Acta sunt hec anno domini MCCLXXXII., presentibus videlicet Remingo, Heinrico dicto Simeler, Ulrico dicto Wzeli, Cunrado dicto Dolhart, Sifrido dicto Summeri civibus predicte civitatis, Theoderico de Rotenburk, Hartungo de Bunningen et aliis quam pluribus fide dignis. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillis capituli in Murra et conventus supradictarum sororum fecimus roborari.

Der Textabdruck folgt dem Original.

## II

An der Urkunde zwei beschädigte Siegel: 1) Das spitzovale Siegel des Landkapitels Murr, ca. 36, c. 56 mm: Das Jesusmonogramm (IHS); Umschrift: . . . RATTRVM . CAPITULI . DE . . . 2) Das Siegel des Konvents von Steinheim, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 2269 (WUB, Bd. VII, S. 187).

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

A 524 U 123

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**

Benningen am Neckar Wohnplatz (885)

Benningen am Neckar, LB

Erdmannhausen Wohnplatz (952)

Erdmannhausen, LB

Marbach am Neckar Wohnplatz (1036)

Marbach am Neckar, LB

Murr Wohnplatz (1069)

Murr, LB

Rothenburg ob der Tauber, AN

Steinheim an der Murr Wohnplatz (1102)

Steinheim an der Murr, LB